Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



127.

Altera maxima inflatura dextri pedis grauata. per xiiij. dies in lecto decubuit. voto emisso statim melius habuit. et eo completo oio sanata fuit. tes. ipa.

Adolescentula a cunabulis suis ambobus pedibus claudicans. duobus sustentaculis grauiter incessit. ad tumulum votiue adducta deuotoque completa. sustentaculis apud tumulum dimissis sana incessit. tes. ipa.

Vlcer maximo dolore in pede sinistro grauata. ambulare non poterat. completo voto statim de tumulo sana abiit. tes. ipsa.

Quidam dextri pedis dolore per aliquot menses cruciatus. cum nulla medela iuuari poterat. voto emisso statim melius habuit. et eo completo sanatus fuit. tes. ipse.

Alter pedibus pustulis repletis et tumefactus. per iiij. annos grauissime ambulauit. cum nulla potuit medela curari. voto completo statim sanatus fuit. testis ipse.

Vlcer. iiij. ebdomadas ob pedum dolorem decumbens. quadam nocte tanto dolore grauabat vt se moritura putabat. pedibus effusis ac voto completo dolores recesserunt. et sana abiit. tes. ipsa.

Altera in puerperio constituta tum sinistri pedis dolores iniuit. vt per vij. ebdomadas continue nihil quietis habere nec aliquo medicamine iuuari poterat. voto emisso statim melius habuit. et puerperium egressa votum completes sanata fuit. et nil amplius doloris sensit. testis ipsa.

Alia dolores lateris et pedis sinistri iniuens. iiij. annis infirmitate laborabat cum nullo medicamine releuari poterat. voto completo statim alleuiamen doloris sensit. et in breui omnino sanata fuit. testis ipsa.

Altera deformitatem vis impetigines in facie et ambobus pedibus iniuens. cum nullo medicamine iuuari poterat. ad tumulum votiue adducta et deuotoque completa. statim deformitas disparuit. nihil vestigii remanens. et ex post ita eius sepius liberata fuit. tes. ipsa.

Quidam in peregrinatione versus aquisgranum constitutus. marinas inflaturas iunturas iniuit. ita q' cum marino dolore et baculi sustentatione aquisgranum peruenerit. dolore in reuersione ex laboribus grauato. votum ad beatum leopoldum emisit. et statim melius habuit.